

Mythologia, Venise, 1567 - I, 13 : De sacrificiis mortuorum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 13 : De sacrificiis mortuorum](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 13 : Des sacrifices qui se faisoient aux Defuncts](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 13 : Des sacrifices pour les trespassez](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - I, 13 : De sacrificiis mortuorum, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 11/11/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/797>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 17r°-18v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

NEquè verò Diis solum, qui res humanas gubernare putabantur, sacrificia fiebant ab antiquis: sed etiam mortuis, tanquam demones quidā & ipsi existerent, sacra offerebantur; siue cum quis ad inferos descendere putaretur, siue cum anniuersariis solennitatibus, aut aliis de causis, ab inferis euocarentur, his parentabant. Cum aliquis igitur propinquus mortuus fuisset, mos fuit antiquorum ut capillos deciderent, & lugerent in eius honorem, qui mortuus esset, ut significauit Hom. lib. 4. odyss.

κατακύνει γὰρ πρὸς ἐοῖον

καλῶς ἵσται βένοντι βένοντι, καὶ πρὸς ἐοῖον

πρὸς ἐοῖον, καὶ πρὸς ἐοῖον πρὸς ἐοῖον

ἀνθρώπων ἀνθρώπων, βάλοντι ἐπὶ δάκρυ παύσει.

Illum nec enim reprehendere fas est,

Qui fleat hunc, cuius fregerunt stamina Patres.

Solus honor sequitur mortales ille misellos

Et tondere comam, & lacrymas in funere spargi.

Hos vero capillos, qui exdebantur, mos fuit tanquam inferias mortuis consecrare, & cum lacrymis in tumulum extremum donum conicere, ut patet ex Iphigenia in Tauris apud Eurip.

τὸ μύσθον χύοντι, καὶ δάκρυ παύσει.

καὶ δάκρυ ἀπὸ λήθης καὶ αἵματος δάκρυ

Tumulumque congere, & monumenta imposito:

Comas sepulcro det soror cum lacrymis.

Vbi præstantiores viri essent mortui & opulētiores, illis pyra insignis struebatur: & si essent in bello mortui, captiui pro victimis cum illis vrebantur, ut innuit Verg. lib. 11.

Vinxerat & post terga manus, quos mitteret vmbria

Inferias, cæso sparsuros sanguine flammæ.

Veruntamen non solum captiui, sed etiam res cariotes in pyram vnā mittebantur, vel animalia, quibus maxime delectarentur viui, ut testatur Hom. lib. 23. Iliad.

Ἐν τῇ τρεῖς ἀνέστησαν πρὸς τὴν πυρὰν ἑκά.

καὶ πρὸς τὴν ἑκάστην πυρὰν δύο δάκρυ παύσει

Δύο δὲ τρεῖς πυρὰν πρὸς τὴν πυρὰν δὲ αὐτὸς

καὶ δάκρυ παύσει.

Namque nouem assueti mensæ huic catuli ante fuere.

Atque pyræ geminos iugulatos tradidit horum.

Magnanimum Troium bis senaque pignora ferro

Occidit.

Sic Virg. lib. x. Quatuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfers

Videntes rapit inferias, quos immolet vmbrix:

Captiuoque rogi perfundat sanguine flammæ.

Vbi has inferias obtulissent, cadauer ad pyram afferebatur; quo pyræ imposito ignis à propinquiore subiiciebatur, in quam pyram vltima dona omnes amici congreiebant vel ad odorem, vel gustum pertinentia, vel ut pyra facilius concremaretur, deinde cineres, & quod reliquum erat ossium colligebatur, vinoq; rigabatur, ut cum suauis odore extingueretur, & in vasa mo-

E do

Mythologiæ.

do aures, modo argentea, modo ærea includebatur, vt ait Virg. lib. 6.
& subiectam more parentum

Auerſi tenuere facem: congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres oliuo.
Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit,
Reliquias vino, & bibulam la uere fauillam:
Oſſaque lecta cado texit Chorineus ahenò.

At vbi anniuerſariæ fierent exequiæ, nihilominus munera ſuper aras extru-
ctas deponcbantur, vt in lib. 5. apud eundem,

10 Nec non & ſocii, quæ cuique eſt copia, læti
Dona ferunt, onerantque aras, mactantque iuuenços.

Erat tamén conſuetudo vt ſterilis vacca animabus mortuorum plerumque
mactaretur, vt ait Homerus lib. 11. Iliad.

πῶλλα δὲ θυμῶν ποικίλ' ἀμεινὰ κάρτεα,

Ἐλπίς τε ἰσχυρὰ Τῆρας ποῦν' ἔτιν' ἀρίστ'.

πῶλ' τε στήθεσσι, ποικίλ' ἰσχυρὰ καὶ ἰσθμῶν.

Defunctorum animas ſupplex ſum multa precatus.

Inq; Ichaca ſterilem vaccam mactare domi ſum

Pollicitus; multisq; pyram contexere donis.

10 Cum colligerentur oſſa & cineres mortuorum pyra exuſta, non facile in tel-
ligere poſſum cur potius cadaueris, quàm lignorum eſſent illi cineres, qui
colligebantur, ſi corpus ſuper pyra impoſitum cremaretur; quare facile ve-
nio in eam opinionem vt credam aliquas fuiſſe lapideas arcas, in quibus in-
cluſa cadauera vrentur; cum præſertim inquit Theophræſtus in libro de
Igne, omnia quæ intra lapidem circulari includerentur, in cinerem con-
uerſi cadauera, cum uſta alioquin deferant reliquias; *καὶ πάλιν, διὰ τὸ τὸ μὲν ἐν*
πυρὰ κατακαίμενοι τὰς εἰς πέτρας ἀφαιρῶν, ὅτι καὶ καὶ λίθου ἐκ τοῦ πυρὸς τοιοῦτος παρῶν,
καὶ ἰσχυρὰ καὶ τινος ἀφαιρῶν πάντα, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πυρὶ πῶλ'. ac rursus, cur
cadauer, qđ cōbuſtū ſit in igne, reliquias deferat; ac lapis circularis, ex quo
36 ſtruem faciunt, & vbi alibi talis extiterit, omnia conſumit, & intra ſe in-
cluſa vertit omnia in cinerem Sin domi mortui eſſent qui vrebantur, ne-
que vlli eſſent captiui, qui iugularentur in pyram, res quæ catiores exti-
tiſſent viuīs vna comburebantur: quare Virg. Didonem facit inter cætera
Aenææ res relictas ſecum in pyram deferentem. Sin exequiæ fierent pro iis,
qui mortui fuiſſent abſentes, erigebantur illis tumuli pro aris, atque his vi-
num & ſanguinē victimarum ad radices tumuli offerrebant, animasq; voca-
bant ad bibendum ſanguinem, vt inquit Virg. lib. 3. Aeneid.

Ante urbem in luto ſalli Simoentis ad vndam

Libabat cineri Andromache: mantesque vocabat

Hectoreum ad tumulum.

40 Ornabantur autem aræ ſive tumuli, quæ pro abſentibus deſunctis erigeban-
tur cupreſſo, quæ arbor funebriſ putabatur; & vitris nigris aut cæruleis; mu-
lieresque ad eſſe his exequiis non ſolebant, niſi ſolutis capillis; cuiuſmodi
exequiæ illæ ſunt apud Virg. lib. 3.

Ergo inſtauramus Polydoro ſunus; & ingens

Aggeritur tumulo tellus: ſtant manibus aræ

Cæruleis meſſe vitris, atraque cupreſſo,

Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.

Inſerimus

Mythologiæ.

aduocarent supra congestum tumulum ascendebant, atque inde ter animas
altissima voce vocabant ipsorum mortuorum, ut ait Euripides in Oreste;

μολίρατ' ἀφ' οὐρανόθεν ἰσχυροῖσιν ἔχοντα

καὶ τὰς ἐν ἑσπερίῳ χούρῳσι λίσσεται τὰς.

Mulsumque sparge, lactis atque asperginem,

Tumuloque summo stans loquere talia.

Quod si vocatæ animæ ad has exequias non accederent, inter mortuos illi
non numerabantur; quare ita scripsit Verg. lib. 1. Aneid.

Spemque metumque inter dubis seu viuere credant,

Sive extrema pati: nec iam exaudire vocatos.

10

Ac de mortuorum exequiis satis, nunc de lustrationibus dicamus.

De lustrationibus. Cap. XIIII.

ET quoniam omnis antiquorum theologia ad homines ad probitatem, &
ad metum Deorum delucendos spectabat; ideo minime grata Diis
immortalibus illa sacrificia fore tradiderunt, quæ ab impuris homi-
nibus offerebantur: sed leges rite faciendorum sacrorum, omnem prius ini-
quitatem, omnemque crudelitatem deponere iubebant; cum illi, qui ali-
quo flagitio polluti ad aras accessissent, nullo pacto a Diis audiri, sed magis
etiam illorum iram in se contrahere, crederentur. Ea de causa non solum ho-
mines, sed animalia etiam, & loca, & vasa prius purgabantur, quam ad aram
admitterentur. fiebant autem lustrationes, siue expiationes, non simplici
modo: nam antequam ad sacrificia veniretur, lauabantur victimæ, ne ullam
proflus lortem haberent, atque loca a sacrificaturis sulphuris odore leuiter
perfundebantur; sicut testatur illud Iuuenalis;

20

cuperent lustrari si qua darentur

Sulphura cum tædis.

Sic etiam apud Homerum in lib. 16. Iliad. poculū expiatur atque purgatur
prius sulphure, quo vsuri sunt in sacrificiis, deinde aqua perennis fluminis la-
uitur, ut patet in his;

30

τὸ ποτὶ τὸν ἄλκιμον ἄλκιμον ἄλκιμον

Πρῶτον. ἔπειτα δὲ τὸν ἄλκιμον ἄλκιμον ἄλκιμον.

Νῆστορ δὲ αὐτὸν χέει, ἀφ' οὗ αὐτὸν αὐτὸν αὐτὸν.

Deprompsit theca; purgavit sulphure primum.

Post lauit puris lymphæ labentibus undis,

Inde manus lauit, tunc hausit munera Bacchi.

Addebantur oua etiam his lustrationibus, quæ vnâ cum sulphure vrebantur,
ut est apud Ouid. lib. 2. De arte.

40

Et veniat quæ lustrat anus lectumq; locumq;.

Præferat & tremula sulphur & oua manu.

In his lustrationibus parui porcelli vrebantur, quos nominarunt καὶ δὲ πορ-
κῆ. Postea vero quam loca sulphuris accensi fumo lustrauissent, mos erat salem
in aquam conijcere, & ramo vel lauri vel oliuæ vel alterius arboris, quæ es-
set illi Deo, cui sacra fiebant, consecrata in illam aquam demerso locum le-
uiter irrorare, quod fiebat iure lustrationum, ut significauit Theocr. in par-
uo Hercule;

καὶ δὲ πορκῆν ἄλκιμον ἄλκιμον ἄλκιμον

Πρῶτον,